46. Stat. apud Glouc. an. 2. fol. 164.

47. Stat. apud Westm., eodem anno. fol. 171.

48. Stat. apud Westm., an. 3. fol. 173.

49. Stat. apud Northampton, an. 4. fol. 177.

50. Stat. apud Westm., an. 5. fol. 178 b.

51. Stat. secundum, eodem anno. fol. 188 b.

52. Stat. an. 6. fol. 192 b.

53. Stat. secundum, eodem anno. fol. 198.

54. Stat. an. 7. fol. 200 b.

55. Stat. an. 8. fol. 207.

56. Stat. an. 9. fol. 209.

57. Stat. an. 11. fol. 212.
Desinit abrupte in sectione prima, ad verba "tout son roialme estoient."

509.

Codex chartaceus, in 12mo, sæc. xvii. ff. 57.

"Dissertatio de pace, etc., or, A discourse touching the peace and concord of the Church;" [being a copy of the translation printed at London in 1653 of the anonymous tract under the above title by Sam. Przipcovius, sometimes ascribed to Hales of Eton.]

510.

Codex membranaceus, in 12mo, sæc. xiii. ff. 41, (sc. ff. 230–270 ex alio quodam codice); manibus tribus exaratus.

1. Hymni, sequentiæ, aliaque sacra metrica.

i. "Commendatio beate Virginis Marie secundum signa mistica utriusque Testamenti." fol. 1.
Incip.
"Ave maris stella, vera mellis stilla,
Fecunda puella, humilis ancilla,
Cella stillans mella, mundo me distilla."

ii. "Quinque gaudia beate Virginis Marie." fol. 3.
Incip.
"Gaude, Gabrielis ore salutata,
Maria, loquelis sic annunciata."

iii. "De sancta Maria." fol. 3 b.
Incip.
"Ave Sunamitis, lux, Maria, maris,
Vere vite vitis parens, expers paris."

iv. "Contemplatio cujusdam sancti viri," [scil., ut vulgo fertur, S. Bernardi]. fol. 3 b.
Incip.
"Dulcis Jesu memoria, dans vera cordi gaudia."

"Ante medium sæculum xiv. ejus hymni *nulla usquam est mentio*." (Daniel, *Thes. Hymnolog.* iv. 215.) Nostrum autem exemplar paullo post medium sæc. xiii. exaratum fuisse videtur. Quoad verba et ordinem differt nostrum hic illic ab eo apud Daniel, i. 227; sex etiam ex tetrastichis deficiunt, constante hymno versibus centum sexaginta octo.

v. "Prosa de incarnacione Domini." fol. 6.
Incip. "In sapientia disponens omnia superna Deitas."
Apud Mone, "Lateinische Hymnen des Mittelalters," i. 39, cum hic illic lectionum varietate.

vi. "De illesa virginitate beate Virginis parturientis." fol. 6 b.
Incip.
"Gratuletur populus pro salute populi,
Quam designat baculus noster, signans baculi."

vii. Varia brevia sacra et ecclesiastica. ff. 7–17 b, 29–30 b.

α. "*De pontificibus officium suum usurpantibus.*
Heu! quo progreditur prevaricatio,
Virtus subtrahitur a sanctuario."

β. "*Quales debent esse qui volunt præesse.*
Ut non ponam os in celum, in mentum mitto telum."

γ. "*De triplici inimico nos infestante.*
Regnum Dei vim patitur, nec illuc quis admittitur."

δ. "*Ut a peccatis nostris convertamur.*
Leniter ex merito ferendum quod patimur."

ε. "*Ut diversis ornamentis fulgeat ecclesia.*
Rex virtutum cujus virtus semel potest omnia."

ζ. "*De malo exemplo malorum prelatorum.*
Trahunt in precipicia qui nos tenentur regere."

η. "*Ut virtutibus renovamur anno renovato.*
Hac in anni janua hoc in Januario."

θ. "*De prelatis officium suum minus bene prosequentibus.*
Quia venit donum Dei (*sic*), jam spelunca fit latronum."

ι. "*De Sancto Spiritu.*
Veni, Sancte Spiritus, et omnium
Corda reple celitus fidelium."

κ. "*De casu primi hominis.*
Adam quia vetitum pomum degustavit."

λ. "*Quomodo floruit ecclesia.*
Legis latens in Scriptura quod erat Mosayce."

viii. Varia brevia de incarnatione et passione Domini Jesu Christi. ff. 7 b–20.

α. "*De verbo Dei humanato.*
Puer nobis est natus, dum Deus humanatus
Non carnis sed reatus onus est dedignatus."

β. "*De Incarnatione Christi et integritate beate Virginis.*
Si Deus est animus, dii nostri sunt animi."

γ. "*De effectu et modo incarnationis Christi.*
Ex creatu non creatus nasci nobis est dignatus."

δ. "*Prosa de passione Dominica.* Lac ex silice, mel de petra profluit."

ε. "*De miseratione divina erga genus humanum.* Deus misertus hominis, lavit reatum criminis Eve, per partum Virginis."

ζ. "*De nativitate Regis glorie.*
Rutilat hodie dies leticie,
Dat sol justicie radios gratie,
Adest in specie nostra Rex glorie."

η. "*De prophetatione nativitatis Jesu Christi.*
Quid tu vides, Jeremia? virgam vigilantem."

θ. "*De effectu crucifixionis Jesu Christi.*
Crucifigat omnes Domini crux altera."

ι. "*De nativitate Jesu Christi.*
Ysayas cecinit, sinagoga meminit."

κ. "*De incarnationi Domini nostri Jesu Christi.*
Tronus Salomonis vellus Gedeonis irrigavit donis
Celestis pluvie."

λ. "*De adventu nostri Mediatoris.*
Purgator criminum de Patris dextera."

μ. "*De effectu incarnationis Jesu Christi.*
Verbum Pater exibuit promissum ab inicio."

ν. "*Commendatio cujusdam nobilis viri.*
Veri floris sub figura
Quem produxit radix pura."

ξ. "*Qualiter de tenebris historie processit sol justicie.*
Dum medium silentium tenerent legis apices."

ο. "*De missione Verbi Dei incarnandi.*
Dum medium silentium componit omnia."

π. "*De effectu Verbi incarnati.*
Veritas veritatum, via, vita, veritas."

ρ. "*De nequitia Judeorum erga Christum.*
Dum sub umbra littere gens Judea tremuit."

σ. "*De visitatione seculi a Christo.*
Christus quando voluit visitare seculum."

ix. Varia brevia de B. Maria V. ff. 8–19, 29–31.

α. "*Versus de beata Virgine.*
Porta salutis ave, per quam patet exitus a ve (væ);
Venit ab Eva ve; ve quia tollis, ave."

β. "*De partu Virginis Marie.*
Per partum Virginis,
Dei et hominis
Sunt juncta federa."

γ. "*De partu beate Virginis.*
Veri vitis germine plantatoris germinat."

δ. "*De effectu partus virginalis.*
Novi partus gaudium sonet vox fidelium."

Tribus hexastichis. Primum edidit, quinque hexastichis, E. Du Meril, apud opus cui tit. *Poesies populaires Latines du Moyen Age*, 1847, p. 48. In versu quinto legit nostrum exemplar "Purgat Adæ filium" pro "Purgat Adæ vitium."

ε. "*Item de eodem effectu.*
Sol de sole prodiens hostem excecavit."

ζ. "*Item de partu beate Virginis.*
De nature fracto jure ratio miratur."

η. "*De partu beate Virg. Marie.*
Parit preter morem creata creatorem."

θ. "*Commendatio viscerum que Christum portaverunt.*
Beata viscera Marie virginis."

ι. "*De partu virginis Marie.*
Testamenti novi luna ducta manu regia."

κ. "*De partu virginis Marie.*
Regi detraxit anture Ysayas quod dictavit."

λ. "*De salutatione B. M. V.* Ab angelo Maria salutata, 'Ne dubites,' audit, 'causa timoris.'"

μ. "*De* . . . . . . (?) *Virginis et ortu Jesu Christi.*
Quod celum tellus et mare non valent concludere."

ν. "*Prosa de beatissima Virgine Maria.* Ave Maria, gratia plena, viris invia via."

ξ. Hymnus. "Virgo, Dei genetrix, miserere."

2. Varia brevia moralia. ff. 7–18 b.

i. "*De modo dandi; qualiter dandum est.*
Debet se circumspicere dator in dando munere."

ii. "*De hiis qui usurpant arcium dignitatem.* Arcium dignitas que primum viguit."

iii. "*Prosa de lasciviis juventutis.* Veneris prosperis usa successibus."

iv. "*De injuriis a judicibus modernis factis.*
Omni pene curia president incurii."

v. "*Quod des ut accipias.*
Non habes aditum in curia per meritum."

vi. "*Prosa de muneribus datis et dandis, quid conferunt.* O qui fontem gratie captivis regeneras."

vii. "*De mutabilitate fortune.* O varium fortune lubricum."

viii. "*Ut animadvertamus que bona sunt et que mala.*
Cum animadverterem venerando Venerem."

ix. "*De effectu mundane pecunie.*
Si mundus viveret mundus pecunia."

x. "*Ut oris voci vox cordis consonet.*
Trine vocis tripudio sonet concors discordia."

xi. "*De dilatione premii.*
Premii dilatio meriti supplicium."

xii. "*De prodigo et avaro.*
Fas et nefas ambulant fere passu pari."

xiii. "*De stabilitate.*
Celum, non animum, mutat stabilitas."

xiv. "*De odio hujus seculi.* Ad solitum vomitum ne redeas."

xv. "*Ut bona firmiter teneas.* Ne sedeas sortis ad aleas."

xvi. "*De eo qui lavat laterem.*
Qui servare puberem vagam claudere."

3. "Planctus cujusdam." fol. 10.
Incip.
"Pange melos lacrimosum, lacrimans elegia."

4. Versus in coronationem Regis Ricardi I. ff. 8 b, 9.

i. "*Cujusdam commendatio.*"
Incip.
"Redit etas aurea, mundus renovatur."
Expl.
"Gaudeat Pictavia jam rege ditata,
Tumescat Normannia auro coronata,
Vasco, Scottus, Britones optinent optata,
Sine dolo Kambria }
Servit et Hybernia } nostre potestati."

ii. "*Item alia commendatio.*"
Incip.
"In occasu sideris cadis in merorem."
Expl.
"Ricardus Pictavie rex futurus Anglie
Dignus est imperio plus honoris regio," etc.
(*Sequuntur tres versus.*)

5. Litania metrica, Deum et Sanctos invocans. fol. 21.
Incip.
"Istam dicas humili voto letaniam,
Pro te et pro reliquis aurem pulsam (*sic*) diam,
Ut vos Christus dirigat in salutis viam,
Et possitis carpere summam ierarchiam.
Ad Patrem.
Qui plasmasti hominem mirum per emplastrum,
Et discernis singulum per discrimen astrum,
Qui evellis frutices nec per ferri rastrum,
Nos avulsos viciis duc ad Tuum castrum."
Expl.
"Jam, lector, amplecteris finem letanie;
Dicas sic ad Dominum, voto mentis pie,
'Nos, et hunc qui scripsit hoc, unicus Marie
Filius custodiat in suppremo die.' Amen."
Addidit in margine manus secunda:—
"Ista, precor, cedula non sit resoluta,
Volitans per aera, sed sit revoluta;
Quam si sursum volvis ne fiat polluta,
Tua semper anima sit cum Deo tuta."

6. Hymnus ad Sacrosanctam Trinitatem. fol. 24 b.
Incip.
"Bonum simplex et perfectum,
Quod transcendit intellectum."

7. Hymnus de omnibus sanctis. fol. 25 b.
Incip.
"Superne matris gaudia
Representet Ecclesia."
Mone, vol. iii. p. 10; Daniel, vol. v. p. 109.

8. Hymnus de S. Anna. fol. 26.
Incip.
"Anna partu solvitur,
Prodit et inflectitur
Ex tecto conjugii,
Genitivus numinis,
Ablativus criminis,
Dativus remedii."

9. Nota de annis vitæ B. M. Virg. fol. 26 b.

10. Descriptio ponderum et mensurarum diversarum in usu apud Anglos. fol. 27.
Articuli 6–10, ut etiam qui sequitur, manu paulo recentiori inscripti sunt.

11. Historiæ Apollonii Tyrii pars posterior. fol. 31 b.
Incipit abrupte, (præmissa stellula, qua significatur quod prior pars quæratur in alia libri parte, hodie amissa), in verbis, "Cui villicus ait, Testare quod Deus scit me coactum hoc facturum scelus." Cf. versionem apud Opera Velseri, 1672, ad p. 694.

511.

Codex chartaceus, in quarto, sæc. xviii. ff. 42.

Book of affidavits respecting cases of parochial settlement and of bastardy sworn in White-Chapel before Andrew Osborne, esq., a justice of the peace for the county of Middlesex, in the years 1728–9.

512.

Codex chartaceus, in 8vo, sæc. xvii. exeuntis, ff. 72.

Book of naval signals, containing 102 Indian-ink drawings of vessels with the signals coloured, very neatly executed; in six divisions.
The first two divisions, or series, have instructions subjoined, and the following titles are prefixed:—

1. "Signalls to be observed in anchoring at an anchor, and weighing anchor, and sayling in the daytime. 1695." fol. 1.

2. "Signalls to be observ'd in the night. 1695." fol. 14.